

EW. 534, 57

SCHOLASTICVS B. M. II, 665.

XIII PHILOSOPHIAE CANDIDATIS

QVI
MAGISTRI CREABANTVI
RECTORE MAGNIFICO

HC
1729

CHRISTIANO GOTTLIEBIO IOECHERO

DOCTORE THEOLOGO HIST. PROFESSORE PVBL.
MAI. PRINC. COLLEGII SOCIO

PROCANCELLARIO SPLENDIDISSIMO IOANNE CHRISTOPHORO GOTTSCHEDIO

DIALECTICAE ET METAPHYSICAE PROFESSORE
MARIANO COLLEGIO ET SOCIET. SCIENT. BE-
ROLIN. ADSCRIPTO

DECANO SPECTABILI

IOANNE CHRISTIANO LEHMANNO

DOCT. MEDIC. PHYSICES PROFESSORE ORDINARIO
MEDICARVM INSTITVTIONVM EXTRAORD. ACADEMIAE
DECEMVIRO ORD. PHILOS. SENIORE COLLEG. MAI. PRINC.
COLLEGIATO ACADEMIAR NAT. CVR. ET BORVSS.
SOCIO

LAVDATVS

A
FRID. MENZIO P. P.

DIE XX FEBR. CI CICCC XXXVIII.

LIPSIAE

BIBLIOTHECA
POLONICA AVIANA

EX OFFICINA LANGENHEMIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)

XII PHILOSOPHIAE CANDIDATIS
MAGISTERI GREBANTAR
RECTORE MAGNICO
CHRISTIANO GOTTHILFIO
IOECHERO
DOCTORI THEOLOGO HAT PROLASSOLE LIBR
MELTINGEN GOTTHEILIO
PROGENITORI SIBI INSTITUTIO
IOANNI CHRISTORHO
GOTTSCHEDIO
DIALECTICAE ET MATHEMATICAIE MATHESOE
MELTINGEN GOTTHEILIO
JOACHIM GOTTHEILIO
BECAVIS PRICIVIAI
IOANNI CHRISTIANO
LITHE
DOCTOR MEDICO ET PHYSICO ORDINARIO
TURICUS MELTINGENSIS DEDICATAE
DESCRIPSIOS THERAPIE ET DIETÆ
COPPIA GRADUS AEROMETER ET THERMUS
SCOCIA
PAVDAE
A
TRID MENSIO BE
EX OLLICIA IANGENIA
LIPSIA
EX OLLICIA IANGENIA



SCHOLASTICVS

Ludicra nuper ego cecini, risique magistros,
Ira qui frendent, atra qui bile laborant;
Grammatici certant nugis, stridetque
Sophista,
Contendunt pariter docti, risumque citabunt:
Hos odisse pium, suit hos risisse decorum;
Et iecur intumuit, dedit indignatio carmen:
Nunc fel subsidit, simul et deferbuit ira,
Et meliora parat mens: est sapientia cordi.
Is sapit, et bene contendit, pellitque tenebras,
Quae mentem inuoluunt, peruerunt nomina recti,

A 2

Qui

Qui verum falso cernit, quid sitque saluti,
 Aut hominum damno, natum, distinguit, et audet,
 Atque probat verum, falsumque fugit nociturum:
 Rerum quae sit caussa potens, quae condidit omne,
 Quod factum constat toto, quae cuncta gubernat;
 Cuius primus honos, Deus est, quem nosce beatum;
 Sed coluisse magis sanum, rectum, atque decorum;
 Stultius et nihil est, quam non tenuisse, quod unum,
 Et solum praestat cunctis, et sola potestas
 Hoc totum versat, quod temperat omnia nutu:
 Idque bonum vere, et iustum, fons atque salutis,
 Et poenae merito; quod nec solertia fallit,
 Nec vis euertit, Deus est, qui numine regnat,
 Quemque tenet sapiens, et religione veretur,
 Et pietate colit, ratio quam dictat, et urget
 Lex data quae coelo, et qua pellitur omne profanum,
 Atque supersticio, veri quae nomine falsum
 Obtrudet, quae nata metu, quem culpa meretur,
 Speque boni vana, nulla virtute redempta:

Fallere

Fallere namque sibi fudit se posse videntem
 Cultu non vero, falsa pietate fucato,
 Et vario specie, quae incautum perdere possit:
 Noxia at ipsa sibi est, fraudis quia poena manebit;
 Rectius at sapiens dignoscit munera cultus,
 Iuraque sacra pium, deceat qua lege bearis;
 Qua saluus constet sperans meliora futuro,
 Qum nouit verum, quod religione veretur:
 Sicque colet socium, qui prima est cura potentis,
 Qui caelo regnat, cuius prudentia nostra
 Dirigit, et volvit, mera bonitate verendus:
 Diuinae sed homo virtutis proxuma imago est,
 Atque opus eximum, quo nusquam pulcruis ullum.
 Est dicto factum, coelestis testis honoris;
 Quod coluisse decet, iuuat atque ornasse decenter:
 Sicque sibi cupiet sapiens, specieque venustus,
 Insignis forma, clarus gestuque habituque
 Auctorem praefert, et qua sit origine natus;
 Neglectumque nihil prodit, sunt omnia scita:

Forma animi speculum, puri certissimus index;
 Hinc praestat sapiens forma, mundusque nitescit;
 Immundum pecus est sus, sed porrigine scabrum,
 Sana capella nitens at lacta in monte vagatur;
 Atque magis videoas hominem sanum bene cultum;
 Immortale decus, sapientis nomine primus;
 Dente nitet, lotus lentisco, syndone tectus,
 Insignis forma est, vultuque, habituque, decorus;
 Eminet, atque valet, placuit, semperque petitus;
 Contemnum meruit Cynicus squaloribus ater,
 Pluribus inuisus, cunctis, derisus, et aegre
 Sustinuit turpes mores, miser, atque superbus,
 Quem mundus decuit, poscit sapientia cultum;
 Socratis effato, Sapientum gloria prisca est;
 Ipse senex comitus, cuius nec sorduit ala,
 Plectere quae posset nares, et fallere odorem;
 Adstanti propius, fugiat sapiens, metuatque
 Dedeetus, inuisum Muisis cultaeque Mineruae:
 Doctior inde placet, cui docte barba recisa est;

Tolli

A

Et

Et minus hirta premit; nec rupta lacinia corpus
 Ostentat nudum, veteri vel puluere sparsum.
 Ornatus non mollis erit, non foemina, doctus:
 Non ferro placeat cirros torquere comato,
 Nec male detritas mordaci pumice malas
 Tergere, vel nardo sparsum perfundere crinem;
 Vrere velque decus capitis diro calamistro;
 Idaeus iuuenis neglecta Pallade iudex
 Infamis, fuerat talis, sed perdidit Urbem.
 Mundities placeat, constet sed forma virilis,
 Aurea bullä decet iuuenes, mundusque magistros;
 Frigore duratum corpus, sint membraque tosta,
 Ferre sitim patiens, quod vix penuria frangat;
 Saepe videt Luham doctus, vigilesque peregit
 Noctes, et raris horis per mollia stratus;
 Adstrictus solea incedit, nec calcibus instans,
 Ne doleat, metuit, constans est durior usu.
 Militia abstineat cupida; valeat tamen armis,
 Atque togam clypeus decorat, si patria poscit,

Velque

VIII

Velque salus petitur ciuis, legisque ruina
 Imminet; inde ferunt vates, primosque sophorum,
 Armis conspicuos hostem pepulisse fugacem:
 Virtus nil metuit, tractauit et arma Minerua.
 Atque probum deceat formam spectare puellae,
 Sed decus hoc verum est, nunquam violasse pudorem.
 Verbo, vel nutu, minus at conamine turpi;
 Nil spectasse vetat, laedit metuisse pudentem.
 Et timuisse sibi, solum est audere virile;
 Maior et est virtus, quae bis tentata resistit:
 Sicque sibi constat doctus, purusque recedit.
 Diues erit sapiens; recte at qui nouerit yti
 Auro, quo Musas ornet, quo sede beata
 Mente alat, atque iuuet; verus sic usus in pere est.
 Illepidus miser est, stultus, qui ferre recusat
 Is Stoae tetricus, versutior ore, sophista,
 Morosusque, Crates, cultum damnauit, et aurum,
 Imprudens rerum, quas dispensare decebat
 Rectius ex usu, quem praebent tempora vera,
Quae

Quae doctus norit prudens, et ditior auro,
 Aequi quod peperit studio, partumque tuetur
 Prudens et diues Phoebi, Musaeque, sacerdos:
 Mendicum fugiunt Diuae, pudet et parasiti
 Auri quemque fames tentat, cui pendeat hamus,
 Ut fumos vendat, magnum promittit hiatu,
 Quo captet fallax, quo plenior arca redundet,
 Ambitio sit nulla viro, cui gloria curae,
 Auri; nam premitur; desit luxusque crumenae:
 Fulgor inest auro, quem tu vitare memento:
 Splendida sic sapiens damnat, mediocria spectat,
 Et praefert frugi; vera et lux mente resfulget;
 Sed reliquum turpe est, nullusque est usus in auro,
 Quem virtus damnat; sed possidet omnia virtus,
 Et diues sola est; miser est opulentus avarus:
 Effertur Siculus cumulo, diuesque Tyrannus
 Altius atque cedit risus lapsu grauiore;
 Frugalis sapiens, medio sed tutior iuit:
 Pauperies contemta iacet, sed nulla potestas

B

In

In mentem est auro, sed virtus vndique regnat.
 Est rarus sermo, cauta estque lubido tacendi
 Prudenti, doctoque viro, qui pondera rerum
 Metitur verbis, comprehendit maxima paucis,
 Quae repetit, versatque diu, maturaque promit
 Consilio, sed plura tegit, vulgoque relinquit,
 Quod foras percurrit sibi, quid fabula narret
 Perquirens, vetulas tentans, quae spectra notata?
 Quid triuio visum? nutrix quo fascina cauit?
 Institor et rerum quae vendit magna nouarum
 Disquirit cupidus, veras fingens rationes
 Bellorum, et pacis; legum portenta repandit,
 Atque scholae vendit, nescit quod Regis amicus;
 Idque docet strepitu per compita, gloria Musis
 Quae sit nata suo merito, quo parta labore;
 Inuentumque nouum iactat sublimibus ortum
 Verum, quod solus teneat, quoque arbiter unus
 Doctrinae factus, disceptans omnia nutu,
 Unus et ore prior solus conuiua turbat:

nl

B

Expectat

Expe^tat sapiens redditque in tempore verbum
 Quod verum nouit rectum, sanisque probandum
 Garrulitas leuis est animi, sapientia cauta est,
 Atque loco loquitur, sermonem temperat vnu.
 Magna parans falsus veri simulator honesti
 Fert Musis odium, risusque reiectus amico est.
 Illa Camoenarum casta est et sobria virtus
 Inde fugit Venerem sapiens, fugit inde Lyaeum;
 Hicce quatit cerebrum, patiturque medulla Cythere.
 Officio placeat cunctis, affabilis omni,
 Et cuicunque lubens praestat, quod semper, et omni.
 Debetur munus; non dantur munera tarda,
 Promta magisque placent, et bis data laeta putantur.
 Reddunturque diu, tardique breuissima cura;
 Nil tristis meruit, debentur at omnia laeto.
 Plura canenda mihi, cui plura docenda relicta,
 Parua tabella negat dici, fugit atque monentem.
 Pars populi docti, quae non spernenda putatur;
 Nec capit omne decus, plena quoque margine liber:
HENRICI

ADRIANA

B 2

Et

XII

Et satis est nostros verum seruare colorem
 Docti, prudentisque viri, quem gloria honestat,
 Virtutis morumque decus commendat, et ornat;
 Est chorus hic iuenum, quem Graecia pulcra probaret;
 Atque grauis Romae ciuis, quando integra virtus
 Constitit, atque nihil de prisca stirpe recessit,
 Sed Patrem retulit Ianum, seclumque vetustum:
 Hosque graues nostri laudant, qui mentibus adsumt,
 Et singunt animos Musis, faciuntque beatos
 Doctrina dites, speciem, moresque venustos:
 Hos norunt rigido, trutinaque, examine facto
 Aurea sceptragenerens, Pindo quem purpura vestit
 Et grauis, et cultu praestans, quique ore disertus,
 Doctrinę clarus facra; vultuque serenus,
 Arridet nostris, decus hoc placuitque decenti.
 HENRICVS Sapiens Princeps, spes vera, salusque,
 Delicium populi, Musarum Stator honoris,
 Annuit, atque iuuat, cuius sit gloria Dium,
 Ille diu regnet, seclum dum compleat aetas.

ADRIA-

ADRIANVS DEODATVS STEGERVS
LIPSIENSIS

Vir Illustris Adrianus Stegerus, ICtus, S. Caef. Mai. a Consiliis, et Reg. Mai. Pola Consiliis Aulicis, Vrbis Lipsiae Consul, et Senatus Senior, Scabinatusque Assessor, quibus omnibus, tantis muneribus, fide integra, et prudenter dextra meritis, insigniter conspicuus, Pater est Adriani Deodati Stegerii, quem ex Matre Iuliana Susanna Schacheria, stirpis antiquae Consularis, quae et non vnos nobis Professores, literarum meritis insignes, dedit, genuit anno 1599 d. xxvii Iulii; Auum etiam Consulem habuit, paternum, Adrianum Stegerum, Senatus pariter Seniorem; Auam a Patre, Elisabetham, Meiero Consule genitam; Maternus Auus est Quirinus Hartmannus Schacherus, ICtus, Consul, qui Julianam, Friderici Falckneri, ICti, Consulis, Filiam duxerat. Fratrem collit vnicum Adrianum, ICtum, Lipsiae Senatorem, qui eadem regia virtutis via, ad Majorum gloriam grassatur: At his Illustrium Majorum vestigiis, vt Noster insisteret, mature, priuatae Magistrorum institutioni datus est; et cum aliquantum aetate profecisset, in contubernium, et conuictum acceptus a Gesnero, tunc Thomanae Rectore, qui inde in nouam Goettingensem transiit, quam clariorem redderet, hic humanioribus artibus, et literis, luculenter imbuit, et parem fecit Philosophiae dogmatibus, quae Olearius impertivit, quando Kortholdus stilum perpoluiit; et Ius Naturae Asmannus suggestit, Christius Antiquitatum Romanarum recensum fecit; et Historiam Mascouius repandit, cui Asmannus patriae rerum notitiam addidit: sic publice conspicendum, et

audiendum, se præbuit, quando iam anno cœ 10cc xxxiv
 ex Paullina sacra cathedra Paschæ solennibus oratione
 latina dixit; et post proxime de Cicuta in Philosopho-
 rum auditorio publice, Praeside Dresigio, quem fidum
 his litteris ducem habuit, disputauit, et ab applaudentibus
 Philosophis primam ex Arte Lauream meruit; inde ad
 Iurisprudentiae studium progressus est, et Marchium Do-
 storem elegit, qui Historiam Iuris reddidit, et Institu-
 tiones interpretatus est: Pandecta vero, et Ius Canonicum
 Schoenius edocuit, quare plurimum illi debere prote-
 statur; Ius Feudale Bauerus euoluit; et Publicum Ma-
 scouius enarrauit; sicque publicae arenae iterum se com-
 misit, et quid valeret, ostendit, quando Io. Flor. Riuno
 Praeside Doctrinam Ludouicianam publice respondendo,
 et opponendo, absoluit, et iterum Praeside Rechenber-
 gio, Vindicias Manibus Consertis sumendas ex Lege XII.
 Tabb. de ICtorum cathedra tueri non dubitauit: Goet-
 tingam post ea commeauit, et initiationis solennia spe-
 ðtavit; redux autem factus, ICtorum assensu Lectiones
 publicas habuit, quibus Candidati iura obtinuit, et ad
 examen prouocatus est, quod sustinuit, et priuilegia
 Candidati retulit; sicque nomen Philosophis denuo
 dedit, qui Magistri dignitate mactarent, et tales se, ex-
 amine facto doctrinae, gessit, ut nulli dubitent, quo mi-
 nus eo nomine Candidatum habeant, qui decus Arti al-
 laturus sit.

CAROLVS GOTTLÖB HVNGERVS

FREIBERGENSIS

Freiberga antiqua Hermunduroruui sedes, in amplum
 aetate excreuit oppidum, metallis diues, monumen-
 tis

is superbum, quo Marchionis Misniae, Electores Saxoniae sepeliri voluerunt: haec Carolo Gottlob Hungero natalis est; Patrem habet Godofredum, Rei Lignariae ex Sudetibus a Regia Maiestate Praefectum, Vrbis Senatorem; Mater Catharina Elisabetha Hezeria anno 1510cc XIV enixa est; nondum ephesus praeceptorum priuatorum institutioni traditus est, qui pietatis semina sparserunt, et literarum lineas duxerunt; et cum Optumi Parentes perspexerunt ingenium ad literas proclive, in Gymnasium patrium deduxerunt, vbi praecellens Magistros nactus alacrius progressus est, et studio diligentiam Praeceptorum compensauit, Hasii primum, inde Lutheri, et Hartzbachii; sed tandem Molleris Reatoris, cui plurimum se debere profitetur, quique Patris loco de eo meruit, et coli dignus est. Cum compleuisset scholae circulum, suorum consilio, et Parentum iufitu, Lipsiam migravit, et a Kappio Rectore ciuis iuribus donatus est, albo inscriptus anno 1510cc XXXIV, sique ad Philosophiam conuertit animum, et Mullerum sedulo frequentauit per biennium, et partes omnes artis exceptit: Theologiam vero ediscere, quia praecipuum institutum fuit, Pfeifferum adiit, et docentem audiuit, et Asceticis interfuit; Klausino, et Wolloi auscultauit: nec non Boernerio Symbolicos Libros publice explicanti adfuit. Regulas vero interpretandi oracula diuina a Wolloi didicit, cum quo et exercitationes sacras exegeticas habuit, et Deylingium δυσνήτα in Epistola ad Hebraeos enodantem audiuit: Hebraeae Linguae usum Weissius praebuit, et Philologiae sacrae in Codicem Veterem doctrina auxit: accentus Hebraeos Sankius collare docuit; Historiam Litterariam, et Ciuilem a Ioeche-

ro perceperit; Oratorium sacram homileticam Friderici impertivit; nunc Oleario, et Sankio, Praesidibus, de Philosophicis, et Philologicis disputando ingenium perficit. Anno iam c^o 1500 xxxvi Ordinis Philosophorum iudicio dignus visus est, qui primis Baccalaurei insignibus ornaretur.

IOAN. GOTTLIEB NELDNER

VRATISLAVIENSIS

Vratislavia Silesiae Metropolis, bona mentis foecunda genetrix, hunc edidit, Patre Godofredo, Mercatore, et aerario ad S. Magdalene ecclesiastico Praefecto; Mater Anna Rosina Roesleria: nullis pepercere sumtibus pii Parentes, quibus Filius eruditetur, et priuatos Praeceptores publicis coniunxerunt: duobus etiam Patriae Gymnafis commiserunt, Elisabethano, et Magdalenaeo, ubi Rectores tres, fama celebres, habuit Magistros, Kranzium, Stieffium, Kellerum, quibus aures prae-
buit; duos etiam Ecclesiarum Inspectores, Teubnerum, et Burgium, qui nunc cum laude preeest, et omnium reuerentiam meruit, cuius doctrina, et dexteritate Neldnerus profecit: Professores Gymnafis auscultauit, Arletium, et Rungium; sed Vinisiis institutione priuata per integrum quinquennium usus est Linguas, Graecam, Ebraicam, Chaldaeam, Syriacam et Rabbinicam ediscens; valedixit vero Gymnasio an. c^o 1500 xxxvi et Lipsiam concessit, a Rectore Boernerio in ciuitatem receptus, et eodem anno primam Philosophia Lauream consecutus est; Philosophiam, et speciatim Physicam, per experimenta a Wincklero didicit; et Mathematicam Richterus demon-
strauit.

strauit. Rabbinica Hebénstreitus auxit, dum Pfeifferus
Theologiae sacra mysteria reuelauit: et occasione vsum,
qua Iudeus profelytus ad Christum reuersus est, Tal-
mudica ab eo instructus est; Linguarum Gallicae, An-
glicae, Italicae, sibi vsum parauit, ut partem intelligat,
loquatur etiam aliis.

IO. WILHELMVS STEINAVER NVMBVRGENSIS

Naumburgum Thuringorum nobis dedit Io. Wilhel-
helnum Steinauerum Kal. Jul. anno ciciocc xv patre
Io. Christiano genitum, ex Matre Dorothea Margareta
Warlizia: prima elementa literarum dederunt Eberhar-
dus, et Iaegerus, quibus Abnerus incrementa fecit: ex
quo vero in publicum patriae Iudum admissus est, ma-
gistros habuit, Koelerum, Kirstenium, M. Schocherum,
M. Stemlerum et M. Peucerum, quorum in se merita
praedicat. Lipsiam adiit anno ciciocc xxxiv et a Leh-
manno Rectore in ciuitatem admissus est; literarum
Professores adiit, Gottschedium, qui Metaphysicam
praelegit, et Wincklerum, qui Philosophiam edocuit;
Theologiam a Pfeifero hausit et Tellero, et Wollo,
sacrorum interpretibus: Historiam a Ioechero exceptit,
Mathesin Richterum demonstrauit: Oratoriam cum Gott-
schedio exercuit, et priuatim disputauit, et poeticam
edidicit; Menzio etiam, quando Iuenalem interpreta-
tus est publice, adstitit: profectuum specimina typis
exscripta, prosa, et versa oratione, in primis veinacula,
extant: primam ex Philosophia Lauream ab Ordine no-

C

stro,

XVIII

stro, postquam modeste ambiuit, d. xxix Dec. anni ab
hoc proximi, ex merito obtinuit.

**CHRISTIAN. GOTTLLOB FRIDERICVS
WOLFFIUS
PLAVIENS.**

Ipsis Kalendis Februar. c1500xv natus est Wolffius,
Plaviae Variscorum, Patri Georgio Ioanni, vctigalis
ex annona inspectori; matre Susanna Barbara Schmidia,
quae anno c1500 xix fatis concessit: primas litera-
rum lineas ipse Parens Optimus duxit, donec anno
c1500 xxx in Rutheneum duceretur filius, et M. Io.
Christophori Schleusneri, qui nunc diem obiit, et tunc
gymnasio, tertio loco, praerat, et M. Io. Henrici Wolffii
Conrectoris, nunc emeriti, disciplinae traderetur; vnde
et Rectori Georg. Ludouico Goldnero obsecutus est, et
literis profecit, dum anno c1500 xxxv huic scholae
oratione valedixit, et Lipsiam ingressus est, vbi a Rectore
Menzio exceptus, in ciuium numerum est relatus, et
ex eo Philosophos, et Theologos docentes sedulo au-
diuit, ex illis in primis Gottschedium, ex his Pfeiffe-
rum: Exeysi vero sacra Wollium ducem secutus est;
et examinibus Klausingii theologicis, se praesentem sti-
tit, et disputando cum Hebenstreitio Theologo se in
polemica sacra praestitit.

IONATHAN HELLERVS

NORDLINGENSIS

Nordlinga Libera Imperii, ex nobilioribus Sueviae, an-
tiquum Romanorum opus, natales Hellero dedit an-

no

no cl^o locc xv d. vii Aug. Pater est vir Pl. Reuerendus
 Ioannes Adamus, qui per annos pene multos Ecclesiae
 praefest; Mater Anna Maria Stangia Senatoris, de patria
 praeclare meriti, Filia: a primis quidein annis literis de-
 stinato, pietatis semina, Optumi Parentes, instillanda
 curarunt, et puerum priuatim praceptoribus forman-
 dum dederunt, atque inde in publicam scholam, quae
 in Vrbe domi est, transmiserunt; curam illi impedit
 primam Ehingerus, vir doctus, pariter et pietate lauda-
 tus, cuius in se meritorum discipulus memoriam pie
 conseruat; at inde altius educitus, in prima scholae classe
 Doctorem habuit Dolpium scholae Rectorem, qui lucu-
 lenta beniuolentiae, et amoris, discipuli, indicia fecit,
 quod iucundissima, et pia recordatione, hic recolit;
 oratoria vero arte eundem exercuit, et linguae he-
 braeae rudimenta posuit: sed cum altius proficiendi
 Graeca constitutum esset Ehingerus dux praeiuit; fun-
 damentis autem feliciter iactis, ad sublimiora conten-
 dit animus, atque Lipsiam sibi de legit scientiarum altri-
 cem, eoque veniens Menzio Rectori nomen dedit,
 quod ciuum albo inscriberet, sicque ad Gottschedium
 se conuertit, qui Philosophiam edoceret; at cum ele-
 gantiorum studium non deponeret, Kappium adiit, qui
 stili cultioris fundamenta erudiret: Menzium vero poe-
 tas Latinos explicantem audiuit: Poetics et oratoriae
 artis pracepta a Gottschedio accepit: et dum nec
 Graecis abstineret ab Hertelio, nunc defuncto, didicit;
 Christio adfuit, quando in Tacitum de Moribus Ger-
 manorum commentatus est, et Antiquitates euoluit:
 Linguarum Orientalium cognitione imbuerunt Weisius,
 Sanckius, sed potissimum partem se debere Hebenstreit

tio profitetur: Sacra Theologiae arcana Klausingius explicauit, et Polemica praefuit, qua etiam in partes yocatus est Wollius: Boernerus symbolicam Theologiam ad capita reuocauit, et demonstrauit: Pastoris quae sunt, Deylingius ostendit: exegesi sacra, et morali Theologia Wollio adhaesit; qui et discipuli rogatu examina priuata, et disputationes instituit, et amoris singularis testimonia edidit: Matthesin ab Hausenio didicit, et per Ioecherum Historia Literaria, Ciuali, et Vniuersali profecit: Omne tandem disputationis, et eloquentiae ligatae exercitium Gottschedius absoluit, et pluribus speciminibus se Noster in iis probauit, et typis edit curauit orationem vernaculaam, qua Germanorum studium, quod in excolendo patria lingua ponunt, commendat: virium periculum etiam in Philosophia fecit, et oppugnatam a quodam veritatem scriptione pro pugnauit, quam Ludouicus recensuit in Historia Philosophiae Wolffianae, sed manu scripta adseruatur ab Auctore. Ecathedra quoque Philosophica publice, cum laude adstantium, disputauit de Religiosa Iudaeorum Sal tatione, Praefide M. Renzio.

LVDOLPHVS BERNHARDVS KEMNA LVNEBVRGENSIS

Anno crlo 10cc XIII. d. XXIV. Aug. Luneburgi natus est Patri Iacobo, qui belli calamitatibus, et pestilentiae diritate actus, Stada huc migrauerat, et mercaturam exercebat, ex Matre Elisabetha, Mattfeldianae gentis. Ab teneris statim annis, iis doctrinis, quibus puerilis aetas erudiri solet, ab Optumis Ioannaei magistris imbu

tus

tus est; et quum animum flagrare liberalium artium studio sentirent, calcar discenti addiderunt, quorum omnium quidem fidem, et docendo prudentiam collaudat discipulus; in primis vero Schmidii Rectoris singularem in se beniuolentiam grata memoria repetit; atque ideo integro quinquennio, quod aliis vix probatur, in prima classe substitit, et Philologia, Philosophia, et Historia Literaria, docti, et fidi Praeceptoris ductu, profecit: nec non publico loco dicendo, et disputando se audiendum praebuit; carmen etiam latinum panegyri recitauit, quo Georgii II laudes caneret. Tandem hac schola emissus, Ienam petuit, et Halbaueru Rectori nomen professus est, qui eum ciuium numero inseruit c. 1000 xxxiv; sicque ab elegantioribus initium capturus Kromaierum, qui nimis quidem cito fatis concessit, salutauit, et ab eo dicit: Philosophos audiuuit Segnerum, nunc Goettingensem Professorem; et Koehlerum nuper fatis ereptum: Sacrae scientiae capita Weissenbornio tradenti adfuit, cui Walchium, Russium, et Syrbium adiunxit: quid quid ad Linguas, Hebraeam, Chaldaeam, Syriacam, ediscendas pertinet, Russius suggessit, et sacrum codicem peruvoluenti fideliter praeiuit, et amorem testatus est, quod Noster gratus dilaudat. Rhaius, qui tunc Ienae docuit, nunc Regiomonti Theologus, praeceptis sacrorum interpretationis imbuit; sed disputationibus, et examinibus Halbauerus praeedit: Biennum exegit Ienae, et de Noua Goettinga adeunda consilium cepit; sed diuino nutu factum est, ut Vir Pl. Reuerendus Sacri Ministerii Senior Dithmerus, qui ipsi impense fauet, Filium Lipsiam mitteret, cui contubernalem Kemniam esse vellet, sicque huc concessit c. 1000 xxxvi et a Re-

etore Boernero ciuibus adscriptus est, indeque id felicitatis illi obligit, vt a Klausingio hospitio exciperetur, quem et Praeceptorem haberet, cuius in se praeclara agnoscit merita, quorum nunquam non memor est: audiuit praeter hunc, Deylingum, et Hebenstreitium, Theologos; Weissi vero beniuolentiam expertus est, qua eum in φιλομαθέστων Societatem exceptit: historiae Literariae, et Ciuilis recitationibus Ioecheri interfuit; et Menzio adsuit, quando Iuuenalem interpretatus est; nec minus Kappio, quando elegantiores litteras docuit; et Gottschedio, qui eloquentiae praecepta dedit, eiusque exercitationes fecit: Christius Antiquitates Romanas explicauit: a Cludio Arabicam didicit; cum Wincklero Philosophiam repetiit; Ioachimum Iuris Doctorem audiuit, quando Institutiones Iustiniani, et Ius Canonicum, praelegit: In publicum editis scriptis etiam innotuit, Castigationibus in Pentateuchum Werthemensem, quas anno c10 10cc xxxvii Klausingio suo dedicauit: eodem vero anno in Paullina, oratione Domini Iesu Christi natalem celebrauit: sed nuper iterum contra Werthemensem scripto egit, et veram ipsius Dei Apparitionem Gen. XVIII, 19. adseruit. Prima Philosophiae laurea decoratus est anno iam elapso, quam noua nunc sequitur, digno omnino conferenda.

IOAN. FRIDERICVS SCHREITERVS LIPSIENSIS

Lipsia natalis est Schreitero, qui d. xix Junii c10 10cc xv est editus, Patre Christophoro, Ecclesiae Cathedrali Numburgensis Canonico, Pandectarum in hac Nostra Pro-

Professore, Ordinis I^Ctorum Assessore, et Academiac^e
 Syndico; Matre Sophia Christina e Gente Moebiorum
 oriunda, quam nuper morte ereptam, luget acerbius,
 quod, cum Patre, vix quinquenni maior orbatus esset,
 illa partes omnes paterni officii, non expleuit modo,
 sed superauit, quod pius Filius praedicat: ut vero
 literis probe instrueretur, Koerner^o informandum
 dedit, qui inde Vinariam discessit ad munus Eccle-
 siasticum obeundum, nunc defuncto; successit er-
 go litterarum officio Eckstormius, et huic Wollius,
 quorum ille Holmiae, hic Lipsiae nunc sacro munere,
 insignes sunt; inde Thilius prae*f*suit, nunc Rector Luc-
 cauiensis; et Doeblerus, qui sacra Numburgi publice
 docet: et Seidelius, Conrector nunc Laubanensis; quo-
 rum omnium dextram in se operam adhibitam expertus
 est. Cizam vero, quando in publicum Lyceum dimissus
 est, Bernhardum suum habuit, qui optumos quosque La-
 tinos, et Graecos, veteres Scriptores percensuit, et Lin-
 guarum, et rerum veterum, notitiam impertivit, et disci-
 pulum carum habuit, et in consuetudinem admisit, quod
 gratus repetit. Anno cl^o l*CCXXX*, Lipsiam reuersus est,
 a Gaertnero, tunc Rectore, nunc Potentissimo Pol. Regi a
 Consiliis Appellationum, in Album ciuum relatus est; et
 cum Gesnero, nunc Goettingam Nouam ornante, Grae-
 cas litteras tractauit; Menzii Philosophiam degustauit;
 Historiam Germanicam Mascotius impertivit, statum Eu-
 ropae, et Iuris omnis praecepta, Gebauerus edocuit; a
 quo ad Griebnerum transiit; et ab eo Pandectas Andreas
 Riinus praelegit; et Baudisius, Schoeniusque opus per-
 fecerunt. Historiam Europae Regnorum Ioecherus red-
 didit; Ius Feudale a Bauero accepit, qui et fori vsum osten-
 dit,

dit, quo et Baudisius praefitit; et Crámerus Ius Publicum explicauit; disputando et examinando Andreas Riuius exercuit. Diligentiae specimen publice edidit, quando anno 1500 XXXIII e cathedra Paullina Feriis Paschalibus declamauit, et annis 1500 XXXIV et 1500 XXXV de vero Pandectarum Iustiniani pretio, et de Origine Codicillorum, in publico confessu differuit: sic emensus omne spatium a Philosophorum Ordine dignus habitus est, qui lauru ornaretur.

IACOBVS HENRICVS BORN

LIPSIENSIS

Natus est Iacobus Henricus ex Illustri Borniana Gente; meritis in Rempublicam utramque insigni, anno 1500 XIX. iv Non. Ian. Patre Illustri Viro, Iacobo Bornio, ICto, Reg. Mai. Polon. Electoris Saxoniae, Vice-Cancellario, in Curia Provinciali, et Scabinatu Lipsiensi, Assessore, Vrbis Consule; Matre, Virtutis Eximiae, Susanna Regina e Gente Puschia; a puero literis deuotus, traditus est praeceptoribus, Hulsio, Bauero, Haltausio, qui Nicolaitanae nunc praefest tertio loco, et qui nunc in coelo inter beatos versatur, Crellio: quando in Academiam promovit anno 1500 XXXVI a Riui-
no Rectore iura ciuia obtinuit: primum ad Philoso-
phiam animum adulit, et Wollium ducem elegit, quem
sequeretur Ridigerianam explicantem: Ius Naturae
Schoenius, et Andreas Florens Riuius euoluerunt, cum
quorum posteriore, etiam priuatim de iure disputauit:
Institutiones Imperatoris Baudisius praeiuit, et Augu-
stus

Flus Florens Riuinus repetit, et Pandectas preelegit, cui laudatus Schoenius successit, cuique potissimum se debere non dissimulat, sed operam commendat praecipuam: Canonici Iuris capita Baudisius, et Mullerus percensuerunt; Ius Feudale Bauerus interpretatus est; Ius Publicum Mascouius, et Cramerus constituerunt. Vsum vi-
rae humanae, et mores, ipse Illustris Parenis formauit: Historiam non delibauit saltim, sed per partes eundo, exhausit; et Iuris Historiam Longolius docuit; Litterariam Christius reddidit; Germaniae Historiam Mascouius denarravit; et Regnorum Europae omnium Joecherus: Antiquitatis studium Hoffmannus, Ecclesiastes Petrinus, promovit. Scribendo virium periculum facturus, Antiquitates in deliciis se habere, ostendit, scribendo anno cœ 10cc xix de Fortuna Primigenia; et inde dissertationem edidit, de Sortitione Magistratum Atticorum contra Pythagoreos defensa anno cœ 10cc xxxiv: De Delphinio Atheniensim Tribunali anno cœ 10cc xxxv commentatus est, et anno cœ 10cc xxxvii de Antestatione in ius vocantium apud Romanos scriptis; et Animaduersiones fecit in Joach. Schwarzii Dissertationem Academicam, vtrum culpandus sit Tribonianus, quod in componendis Pandectis Ethnicorum hominum scripta compilauit anno cœ 10cc xxxix. Ad Eruditorum Lipsiensium Acta sua subinde pensa contulit.

THEOPHILVS SALOMO SCHREBER

MISENENSIS

Anno cœ 10cc xiv d. xxiv Aug. natus est, Patre Ioan.
Dauide, Scholæ Afranae Electoralis tunc Rectore;
inde ad Rectoris prouinciam sustinendam in Portam

D

Scho-

Scholam promoto, viro, qui utroque munere paeclare defunctus est, et literis de iuuentute plurimum meruit, et Filium discipulum habuit; sed qui vix agnoscens quantum de Patre sperare posset, eum amisit: cuius vero partes, in formando adolescentis animo, et litteris imbuendo, in se receperunt Freitagius, Schrammius, Hentschelius, clari literarum interpretes, quorum in se benivolentiam, et docendo industriam, grata memoria retinet, et publice laudat: Fratris vero maioris natu, qui Serenissimo Martisburgensem Duci a secretis literis fuit, nunc defuncti, cura, quam fratri semper impendit, in Academiam nostram adductus est anno CIOCC XXXIII Mense Maio, Rectore Klausungio, ad Pfeifferum Theologum, quem alterum fere Parentem expertus est, ut qui illa suppeditaret, quae ad alendum facerent, et animum percolendum: namque et sacrorum dogmatum solida scientia plenius instruxit, et elegantiorum literarum studium promouit: sed iuxta hunc Theologis auscultauit Boernerio, Klausungio, Deylingio, Tellerio; et in Schelhaferi, et Christii Philosophorum scholis consedit per annos quatuor: coluit vero a pueritia literas, quae humanitatem conferunt, atque votis contendit, ut aliquando eis merendi de aliis occasio vera afulgeat.

PAVLLVS SCHAFFSHAVSEN

HAMBVRGENSIS

Hamburgum princeps Germaniae emporium, opibus diues, quibus bonam mentem alit, Schaffhausium dedit, Maiorum, dignitate conspicuorum, virtutis aemulum, Patre genitum Consultissimo viro Nicolao Luca, Iurium Docto-

Doctore, qui Reipublicae a Secretis est literis; Matre Anna Caecilia e gente Draingia editum: Litterarum amore, cum flagrare adolescentem Optimi Parentes cernerent, ad alendum calorem, ingenium Filii formandum priuatis praceptoribus dederunt: sed inde anno circ 1000 xxix in Iohanneae scholae primam classem promotus, per integros tres annos Hubneri Rectoris, et Neudorffii Correctoris institutione solidiore profecit: anno vero circ 1000 xxxi, quando I. A. Fabricius Rector fuit, in Gymnasium receptus est, ciuibus eius adscriptus, vbi per alterum triennium Celeberrimos Viros, Fabricium, τὸν μακερότητον, Richeum, Wolffium, Dornemannum, et Reimarus, praceptors habuit, qui Philosophiam, Historiam, Mathematicam, Linguasque, in primis sacras, condocerent: sed quoniam sacrarum literarum studio se dicauit, Optimus Parens Orientalium litterarum scientissimum Gilbertum Leidingum, in Academia Wittembergensi olim Assessorem, in partes vocauit, qui Filium priuatim erudiret, et Hebraicae, Chaldaicae, Syriacae, et Arabicae, et Rabinismi, et Accentuum, notitiam faceret: Sic probe instructus illis, quae ad discendum maiora faciunt, anno circ 1000 xxxiv Lipsiam venit, et a Rectore Kappio in ciuitatem receptus est, et Gottschedium auscultans, Philosophiam repetiit, et Schelhaferum, qui Logicae usum monstrauit, et Eloquentiae pracepta reddidit, et disputando praeauit: Kortholdus Historiam Ecclesiasticum enarrauit, et Christianae doctrinae veritatis rationes attulit. Kappii in se propensum semper animum expertus est, quod gratus agnoscit, et hoc duce priuatim cum aliis disputauit, et publice ex Philosophorum cathedra historiam Artemonis et Artemonitarum,

eodem Praeside, disceptauit: Orientalium Linguarum studium Hartensteinius promovit: Theologiae, quae potissimum delectatur, partes, Klausinias, Weisius, et Tellerus percensuerunt; a Weisio etiam in Φιλομαθείω societatem admissus, quod gratus accipit: Iuris Civilis Institutionum Feustelium interpretem audiuit: in publicum vero prodiit, et edita Dissertatione Epistolica de Hirco Azazel, eiusque ritibus et mysteriis Wincklero, amico nostro, cum a Magnifico Senatu Hamburgensi ad munus Publici Professoris vocaretur, gratulatus est anno eis iocce xxxvi.

CHRISTOPHOR. GOTTLLOB SACHSE EPPENDORPIO MISN.

Natus est prid. Id Ian. circ 1500 xiv in pago Hermundurorum Eppendorpio, Patre M. Christophoro Sachso, oraculorum diuinorum Interpreti: Mater est orta ex gente Hornigia, quae Halae Saxonum in primis floret, et propter insignia, in Brandenburgicam Electoralem, merita luculentis a Serenissimo Electore, beneficiis condecorata est. A puerō statim animus imbutus est verae doctrinae Christianae praeceptis, et quantum per aetatem fieri potuit, Linguae Latinae rudimentis, qua ampliora potuisset spatia emetiri, si per valetudinem, pueritia adfectam, licuisset: adultior ergo Chemnizium in Iudum missus est, ut cum sodalibus agere assuereret, vbi Mullerum et Guilingum Praeceptores doctos, et spactatae virtutis, habuit, quibus feliciter prosecut, et cum Regio maectaretur beneficio, nihil sine Praeceptorum consilio egit, quo benevolentiam, et amorem sibi mebos. D³

con-

conciliavit; In palaestram Misenensem Musarum admis-
 sus, feliciter quidem contendit, sed principio statim Pa-
 tre orbatus est, quod non fregit iuuenem, sed erexit ad
 fortius nitendum, sola in Deum spe collocata; qua nec
 falsus est, sed, cum abitum de sede pararet, et vale ora-
 tione diceret, de Singularibus Germanorum in Literas
 Hebraicas meritis, Martius Rector, nihil opinatum, et ob-
 stupescerent, de Regia munificentia certum fecit, sti-
 pendio mactandum; quae felicitas nemini ante conti-
 git; haec vero Auctores, Excellentissimum Loosium, et
 Illustrem Heinizium auctores habuit, quod inde com-
 perit; dum in Afranaeo diuertit, optumis Praeceptoribus
 auscultauit, Martio, Silligio, Grabnero, Kauderbachio,
 Klimmio, qui Litterarum, Latinarum, Graecarum, Ebrai-
 carum, auctores fuere: sed ita anno cīo iocc xxxv Lipsiam
 migravit, quando Menzius fasces Vniuersitatis tenuit,
 atque eum ciuitate donauit, ex quo ad Philosophiam se
 conuertit, et Gottschedium, et Winckleum audituit, et
 cum hoc per hebdomadas bis disputandi exercitium
 instituit: Litteris vero humanioribus totum se dedit,
 et Linguas, Gallicam, et Italicam didicit: et stilo latino
 Kappium in primis sectatus est, disputando frequenter
 exercitatus, dum Historiam Ciuilem et Litterarlam,
 Mascouius, et Ioecherus, praelegerunt, et Christius ritus
 Romanorum, Numismaticam, et omnem rei litterariae
 priscae, et recentioris, rationem exposuit, cuius etiam
 praesidio publice disputauit scriptis Vindiciis secun-
 dum libertatem pro P. Virgilii Maronis Aeneide, cui ma-
 num Harduinus iniecerat; sed ante ex Paullina cathē-
 dra de Memorabilibus Veterum circa Crucis signum de-
 clamauit. Nouis etiam Eruditorum Actis suas con-
 fert

fert symbolas, quando omnis generis libros recenset eis inferendos. Praeclarum doctrinae, et virtutis testimonium est, quod ab Excellentissimo Henrico Bynaui Regiae Maiestati ab Sanctioribus Consiliis, tam docto ingeniorum, et eruditionis arbitro, electus est, quem Filiis, ad Maiorum virtutem feliciter contendentibus, praeficeret, Literarum humaniorum studio, quo ipse ardet, et fructus pollicetur diligentia, dum iterum molitur Vindicias pro Q. Horatii Flacci Lyrica Musa, quae sub ascia sudant, propediem emittebantur.

IOACHIM MATTHIAS LUTKENS LVBECENSIS

Lubeca ex amplissimis Germaniae emporiis, olim Hanseaticarum princeps, diuitiis abundans, et sacris olim instauratis, pura, ingeniis clara, Lutkenium dedit, qui Patri Henr. Godofredo ciui, qui cereuisia, et aceto, auctoritate, et priuilegio magistratus, coctis, rem parauit, et muniberis publicis ciuium honoratorium admotus est, ex Matre Margaretha Elisabetha Reisneria, cum qua secundas nuptias fecerat, natus est anno XIII d. xxvi April. sed paucis post annis Matre orbatus: et cum discendi cupiditate arderet puer, erudiendum Pater praceptoribus in scholam tradidit Matthiae Schmidio, Paullo Heyo, Gerhardo Mino, et Ioanni Schaevio, qui in inferioribus subselliis Latinae Linguae fundamenta posuerunt, a quibus Henrico Siuers, et Zachariae Stampilio permisus est; et inde altius promouit, M. Carolo Henrico Langio obsecutus, et in primis Io. Henrico Sejenio Rectori, qui omnes Linguarum, Graecae et Latinae cogniti-

cognitionem suppeditarunt, et Chriſis exercuerunt, Poeticam docuerunt et Geographiam, Chronologiam et Historiam explicarunt, Logica etiam et Rhetorica imbuuerunt: Auctorem vero fecutus in tractandis literis M. Henr. Scharbauum Pastorem, quem cognatum sibi habet, et cultu prosequitur: et quando ad Theologiam conuertit animum, Gerhardus Minus Hebraeae principia instillauit, quibus hauſtis, Selenii interpretationibus Psalmorum interfuit, et Carpouii Antifititis, cuius illi summa veneratio est, Terminologiam sacram ipſi audire licuit, quod in primis honori ducit: Historiam patriam in deliciis habuit, quod specimine testatus est, quando abitus ea, orationem publice habuit, de Lubeca Fanaticis inimica, qua sacra ſemper feruaffe integra vrbem demonstrauit: Ex Academiis Leucoream elegit, quam primum adiret, in quam tralatus a Wokenio Rectore ciuibus adscriptus est anno cīo 10cc xxxii, et ad Linguarum ſtudium reuersurus Stephani ſalutauit, qui Iefaiam praelegit, et Chaldaicae et Syriacae praecepta dedit: Logicae vero genuinae capita Hollmannus, qui nunc Goettingam cum aliis colit, absoluit: et Theologia, Exegetica ſacra, et Oratoria profecit Duce Zeibichio, et Schroedero affedit, quando Koenigii Theologiam Positiuam exposuit, et quando priuatim de quaestionibus ſacris diſputauit; affiduitate vtriusque Theologi beniuolentiam meruit; at vero inde Philosophiae acriori ſtudio actus, Ienam concessit anno cīo 10cc xxxiv in ciuitatem receptus a Pro-Rectore Halbauero; ibi Koehlerum audiuit Philosophum, nunc demortuum, qui Wolffium ſectatus eſt, qui et Mathesin puram enodauit; Mixtam vero Segnerus, nunc Goettingensis, euoluit, et Hambergerus

AKTEN 1723

gerus Physicam reddidit; et corporis humani fabricam monstrauit Teichmaierus: Ecclesiae fata Stollius denarravit: cum quo et domi de variis disputauit: Antiqui Foederis aliquot Libros Hoffmannus, et Tympius interpretati sunt: Accentuum Hebraeorum rationem dedit Russius: constitutum fuit diutius Ienae haerere, sed quando mors pium Patrem eripuit, qui omnia ad literas colendum necessaria liberaliter praebuerat viuus, et post fata testamento prouiderat, Lubecam reuersus est, et postquam aliquantum substitit, ab Amicis et Patronis beneuole exceptus, Scharbauii in primis sui consilio, Lipsiam visit anno 1000 xxxvi et a Boernerio Rectore iura Studiosi impetravit; et cum Historiae cognitionem augere praecipue constitutum esset, Ioecherum audiuit Literariam, Vniuersalem, et Regnorum potiorum, praelegantem; et Mascouium in Historia Imperii Germanici versatum: Theologia Deylingium auctorem habuit: in Iustiniani Imp. Institutiones, et Ius Canonicum commentanti Mullero adhaesit: per Pandecta Homelius duxit, Reichelius tandem Institutionibus iterum praeviuit, et Usum Fori praemonstrauit: ita ornatum, et variis instructum Ordo Philosophorum dignum aestimat, cui nouum decus decernat.



Berne

X 3362659

721

Farbkarte #13



OLASTICVS B. M. II, 665.
PHIAE CANDIDATIS

QVI
I CREABANT VI
RE MAGNIFICO

NO GOTTLIEBIO
CCHERO

GO HIST. PROFESSORE PVBL.
NC. COLLEGII SOCIO

LARIO SPLENDIDISSIMO

CHRISTOPHORO
TSCHEDIO

METAPHYSICAE PROFESSORE
EGIO ET SOCIET. SCIENT. BE.
IN. ADSCRIPTO

O SPECTABILI

CHRISTIANO
IMANNO

CES PROFESSORE ORDINARIO
TIONVM EXTRAORD. ACADEMIAE
OS. SENIORE COLLEG. MAI. PRINC.
DEMIAR NAT. CVR. ET BORVSS.

SOCIO

UDATVS

A
MENZIO P. P.

BR. CICIC XXXVIII.

IPSIAE
A LANGENHEMIANA.

